

domus^g eiusdem^g, ad gubernandam dictam ecclesiam in honore beate Marie virginis fundatam et dedicatam esse consueverunt, considerantes de eius sufficienti et laudabili regimine pati^h detrimentum etⁱ vosⁱ intendentes dictam domum nostram secundum bonos usus et laudabiles mores nostre religionis salubriter augmentare constituistis et ordinastis ab anno et citra, quod in eadem domo nostra sunt et debeant^j esse eius^k temporibus tredecim fratres domus nostre, videlicet unus preceptor, octo sacerdotes et quatuor layci officiales ac^l sex clerici seculares, qui dicte ecclesie domus nostre in Olsna die noctuque laudabiliter^m deserviunt et inibiⁿ horas canonicas, primam missam beate Marie virginis in aurora, secundam vero missam pro fidelibus defunctis et terciam missam diei horis debitis et competentibus singulis diebus^o celebrant per notas decantando, unde^p vos concernentes^q, quod redditus, fructus et facultates^r predictae domus nostre aliquibus temporibus^s propter hospitalitatem advenientum^t ibidem servatam minime sufficebant, emistis et comparastis pro pecuniis duorum milium marcharum grossorum Pragen(sium) numeri^u Polonialis^v ad vos, ut asseritur, iure hereditario et paterna successione devolutis redditus, fructus^w et proventus perpetuos centum et viginti trium marcharum monete predictae in villis Mergenow^{x,68}, Hermansdorf⁶⁹, Brositz⁷⁰ et Czanttentzitz^{y,71} districtus Strelinen(sis)^z Wratislaviensis diocesis, que ad dominum ducem terre Strelinen(sis)^a iure ducali antiquitus pertinebant, ac etiam allodium novem mansorum Swegorii^b nuncupatum⁷², quos^c quidem redditus et proventus dicte domui nostre Olsne de novo incorporastis, per eosdem preceptorem, fratres et^d clericos percipiendos et^e possidendos sub tali distributione, videlicet quod prior dicte ecclesie domus nostre

- g) *fehlt AOM* h) *parati AOM* i) *fehlt AOM* j) *debent richtig Doc.*
k) *oius AOM, Doc. irrig omnes für omnibus* l) *et AOM* m) *secundum laudabiles mores nostre religionis AOM*
n) *fehlt AOM* o) *folgt inibi AOM*
p) *et AOM* q) *decernentes AOM* r) *facultas AOM* s) *annis AOM*
t) *irrig advenientem Doc.* u) *measure Doc.* v) *Polonialis AOM*
w) *fehlt AOM* x) *Mergenaw AOM* y) *Czanttentzitz AOM*
z) *Strolmen. AOM* a) *Strolmen. AOM* b) *Swegoni irrig Doc.* c) *que AOM*
d) *fehlt AOM* e) *fehlt AOM*

68) Marienau, polnisch Jutrzyna.

69) Hermsdorf, polnisch Kowalów.

70) Brosewitz, polnisch Brożec.

71) Altschammendorf, polnisch Samborowice. Oder Tschanschwitz, seit 1937 Ohletal, polnisch Czeszyce.

72) Der Kauf erfolgte am 29. September 1379 (Praha, NA MR Nr. 812). Bischof Wenzel von Breslau bestätigte den Kauf am 12. März 1383 (Praha, NA MR Nr. 823).